Mythologia, Francfort, 1581 - I, 05 : De partibus fabularum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre I

Ce document est une version augmentée de :
Mythologia, Venise, 1567 - I, 05 : De Partibus fabularum

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

Mythologie, Paris, 1627 - I, 05 : Leurs parties *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

Mythologie, Lyon, 1612 - I, 05 : Des parties des Fables *est une traduction de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - I, 05 : De partibus fabularum, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 04/12/2025 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5889

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
Langue(s)

- Grec ancien

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5889?context=pdf

- Latin

Paginationp. 8-9
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5889?context=pdf

rum ruinas, fragoremque euerſarum ciuitatum, ex quibus oriuntur tragœdiæ, non audiuit? aut quis incenſarum vrbium & oppidorum caliginem è longinqua regione non proſpexit? Differunt igitur ab excellenti poëta hæc duo poëmata tempore, ac inter ſe perſonarum dignitate. Atque de his poëmatum argumentis ſatis. Differt ænus ab apologis, quia nuda ſit in illis brutorum ſententia, niſi admonitum, quod ἐπιμύθιον vocant, addideris. in eo vna cum ſententia admiſta eſt admonitio, vt ait in his Ariſtophanis interpres: αἶνος δὲ μύθου διαφέρει, τῷ τὸν αἶνον μὴ πρὸς παῖδας, ἀλλὰ πρὸς ἄνδρας πεποιῆσθαι· καὶ μὴ πρὸς ψυχαγωγίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ παραίνεσιν ἔχειν τινά. βούλεται γὰρ ἐπικρυπτόμενος παραινεῖν τι καὶ διδάσκειν. *Differt ænus ab apologo ſcilicet, quia ſit ænus virorum cauſa, at non habetur ad pueros: neque delectationis tantùm ſit cauſa, ſed habet præterea admonitionem. nam conatur etiam docere & adhortari.* Neque apologus igitur ſimplex, neque fabulæ illæ, quæ ſunt poëmatum argumenta, dicuntur æni: ſed quod ex his vtriſque quodammodo compoſitum fuerit, cum admonitione intra ſe incluſa. atque hæc ſufficiant de apologorum, ænorum, fabularumque differentia.

De partibus fabularum. CAP. V.

FABVLARVM partes, earum ſcilicet quæ apologi dicuntur, præcipuè duæ ſunt: rei explicatio, & id cuius cauſa: ſiquidem æni & poëmatum argumenta eam vim habent, vt inſitas partes has intra ſe contineant, quas nemo propè eſt, qui ſuopte ingenio non poſſit elicere. At quoniam apologi ſimplices ſunt plerumque, omneſque fabulæ probitatis & prudentiæ cauſa ſiunt, neceſſe fuit ſingulis ſuos fines addidiſſe. Vbi igitur priorem orationis partem ad informandos mores accommodamus, præcedit προμύθιον appellatum, quaſi præcedens fabulæ admonitus: vbi extremam partem ad mores regendos deduxeris, fiet ἐπιμύθιον, ſequens ſcilicet admonitus fabulæ. Quæ fabulæ alteram harum partium non habuerint, ſed intra ſe incluſam, collocandæ ſunt in priore claſſe. Quæ fabulæ ſunt Deorum genealogicæ ſimpliciter, illæ quoniam his maximè vſi ſunt poëtæ ſuis poëmatis exornandis, poëticæ vocantur, quæ vel ad generationem elementorum

attinent,

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5889?context=pdf

attinent, vel ad res arcanas naturæ, vel ad motus & vim planetarum: omnes ſiquidem hæ haud ſimplicem habent narrationem. Cum fabulas has ad veram interpretationem deducimus, eſſet interpretationi proprium nomen tribuendum, ſed adhuc ſine illo perſiſtit, niſi appellemus allegoriam. Sunt autem hæ ſolæ propè fabulæ, quæ iucunda, quæ magnifica, quæ admirabilia fecerunt antiquorum poëmata, eaque locupletarunt: nam ſi fabulæ hæ de ſcriptis poëtarum exemerimus, nihil propè eſſet in iis admirabile, aut iucundum.

De fabularum ſcriptoribus. CAP. VI.

APOLOGORVM & fabularum poëticarum antiqui fuerunt ſcriptores complures: qui tamen ad ætatem noſtram peruenerint, non adeò multi. Fuit Æſopus Samius ingenioſiſſimus confingendorum apologorum artifex, à quo omnes poſtea apologi dicti ſunt Æſopici. Heſiodus præterea fabuloſos Deorum ortus carminibus cecinit. Memoriæ prodidit Euſebius Porphyrium etiam libros compoſuiſſe, in quibus fabuloſas Deorum genealogias ad naturæ rationem & opificium perducere conatus eſt. Zeno, Cleanthes, Chryſippus, vt ait Cicero in libris de Natura Deorum, fabularũ antiquarum expoſitiones in ſuis voluminibus complexi fuerant, quæ tamen ad nos non peruenerunt. Iſtud ipſum fecit Orpheus, Muſæus, Mercurius, Linus, antiquiſſimi poëtæ, & Phurnutus, & Palæphatus Stoicus, Dorotheus, Euanthes, & Ponticus Heraclides, Silenus Chius, & Anticlides, & Euartes, & alij complures mythologi, quorum commentarij vnà cum ſcriptorum nominib. penè interciderunt, è quibus Ouidius ſua in varias formas mutatorum corporum deprompſit argumenta. Nam in quibus voluminibus tot extabant figmẽta, quantam aliarum fabularum fuiſſe mirabilitatem credibile eſt, ac tot de fabularum ſcriptoribus.

De Diis variarum gentium. CAP. VII.

ENIMVERO, quoniam vniuerſa antiquorum religio & theologia ſub fabulis occultabatur, pluraque ſunt in illis

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5889?context=pdf